



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis

Vestri, Ottaviano

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 V 940

Tempora iudicoru[m] varia, & quanta, & qualia in quauis specie & instantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

Tempora iudiciorum varia, & quanta, & qualia in quauis specie, & instantia.

CAP. V.

SUMMARIVM.

- 1 Instantia causa, iure Casareo in ciuilibus triennio finitur, & in criminalibus biennio, at de iure Pontificio perpetua est, & nu. 6.
- 2 Appellationis prosequenda tempora, qua sint de iure ciuili, & qua de iure canonico.
- 3 Appellationis prosequenda tempora, siue fatalia prorogantur toties, quoties auditoris arbitrio debeantur.
- 4 Iudices sacri palatii appellanti à diffinitiva apostolos reuerentiales dare solent, cum terminorum decem ad prosequendam appellationem.
- 5 Dies, quibus ius in palatio dicitur, qui sint.
- 7 Appellanti, vt ei biennium ad prosequendam appellationem concedatur, quid probare oporteat.
- 8 Negligentia in iudice non praesumitur, idcirco protestari necesse est.
- 9 Lites diutius in foro ecclesiastico ventilantur.
- 10 Appellationi in dubio deferendum est, à iudice fallit tamen.
- 11 Appellatio est tyriaca contra venenum iniustae sententiae.
- 12 Articuli probatorii in dubio admittendi sunt, item in interrogatorijs, & positionibus dicendum.

Tempu

Tempus intra quod finiendum est iudiciū,
 si causam principalem respiciamus, iure
 ciuili tēporanea est. Nam * si ciuilis cau-
 sa sit ad trienniū, si verò criminalis ad biennium
 extendi solet, l. properandum, vbi Bar. & Bal. &
 alij, C. de iudi. nisi fortè criminalis contra cleri-
 cum esset. Tunc enim non vltra duos menses iu-
 re ciuili extendimus instantiam, auth. vt clerici
 apud prop. epif. in fin. vbi Ang. Sed iure a canoni-
 co, & pontificio perpetua est omnis instantia, c.
 pen. de iudi. 2. quēst. 6. anteriorum, §. ad hęc, vbi
 Archid. & Bal. in c. 1. 5. col. si inter do. & vass. lis
 or. & in d. l. properandum, & Spec. in tit. de dele.
 §. 6. ver. item instantia de instrumen. & di. §. 10. de
 accusa. §. 5. & hanc vltimam partem seruamus in
 Romana Curia, tum quia sumus in Ecclesiastica
 & pontificia curia, vbi maxime lex pontificia
 seruanda est, tum propter ingentem causarum
 congeriem, qua iudices plurimū distinentur,
 cum deniq; propter causas forensium, quæ fre-
 quētiore sunt in Palatio, qui non nisi serò pos-
 sunt ex partibus testes adducere, scripturas ex-
 trahere, & alias ipsorū causas instruere. Quod
 * si causam succedaneam appellationis respi-
 ciamus, iure cōmuni datur annus appellanti ad
 prosequendā & finiendam causam appellatio-
 nis, & ex causa biennium, authen. ei qui appel-
 lat. C. de temp. app. c. cum sit Roma. de appel. Ve-
 rū in palatio apostolico & Rom. Curia ex cau-
 sis, propter quas suprā diximus principalē cau-
 sam in Romana Curia etiam in prophanis fore
 perpetuā, absq; tali causa habet appellans bien-
 nium, idq; absq; aliqua indicis interlocutione,
 dummodo appellans in primo anno aliquam dili-

diligentiam & actum fecerit in causa, ultra commissionem causæ impetratam, Fasto, dubio Rotæ. 37. Vel dicamus, quod in Romana Curia aliqualis illa diligentia & processus post commissionem causæ, habeatur ex stylo & observatione palatii loco causæ, quæ iure cōmuni ad biennium habendum requiritur, quare nec alias post biennium etiam, subsistente causâ, daretur triennium, decis. Cassa. 6. de app. nu. 8. Sed * alia via succursum est forensibus litigatoribus, qui non valent causas infra biennium expedire, beneficio Innocen. 6. qui sua bulla facultatem concessit Auditoribus, prorogandi fatalia appellationis semel, bis, ter, & quoties arbitrio auditoris videbitur, etiam absque partis citatione. Cassa decis. 7. de appella. numer. 2. & 8. Quibus prorogationibus plerumque causæ ad multos annos substineri solent. Addo * quod ex stylo observationis sacri Palatii, solent iudices appellanti à diffinitiva appellationi suæ deferentes postolos dare reuerentiales, quibus indicant ob Superioris reuerentiam appellationi deferre, & semper cū termino decem dierum ipsius iudicis, & hominis ad proseguendam appellationem. Et quia terminus appellationis hominis semper est ad inchoandam prosecutionem, non autem finiendam. Rota ult. 65. si appellatus de appella. in no. Abb. post alios in cap. persona. 2. colu. ver. 2. casu. Francus ibidem colu. 4. sufficit quælibet prosecutio. Rota Fastol. causa. 17. in antiquioribus de appella. pro aliquali prosecutione, & diligentia seruatum est alias satis fuisse, nedum si probetur commissionem causæ fuisse infra terminum cursoribus, & banco suo præsentatam.

nam, verum etiam si probetur, quod appellans in termino adiunxerit eum, qui signat commissiones, & ei suam commissionem praesentasset. Vnde solemus in curia, ubi instaret lapsus decedendi adire Regentem Cancellariam, & praesentare sibi commissionem etiam non signatam, & ab ipso in eadem commissione habere adnotationem manu sua propria diei praesentationis huiusmodi, quae praesentatio in termino excusat a desertione, Cassa. decis. 4. de appellat. usque ad fin. & hoc, quia Rota in dubijs semper inclinatur pro non desertione iuxta dictum Paul. de Cast. in l. 1. ff. si quis cau. Cassa. ibidem. Amplius, & alia tempora habemus in pluribus dilationibus diuisa, & varie, quia longiora in dilationibus primae instantiae, & breviora in succedaneis, prout suo loco dicemus, ubi de dilationibus huiusmodi, quas terminos vocamus substantiales, loquimur. Ceterum, * & alia habemus in Palatio dierum & terminorum discrimina; dierum aliquibus ius dicitur, videlicet diebus Lunae, Mercurij, & Veneris, reliquae iuridicae non sunt. Temporum aliqua feriarum, feriae autem duplices, aliae ad honorem Dei, vel Principis, vel curiae ornatum, quarum omnes apud certas tabellas typis impressas legere licebit, quas non recenseo, quod vno nummo possis me ab hoc munere releuare, & a teipso aspiciere. Alias habemus ferias in Palatio ad commodum hominum litigatorum scilicet, ac etiam iudicium, ut interim quiescamus, maxime ob insensos calores, tempore scilicet mensis, & ferè semper à decimo Iulij usque ad calendas Octobres, quas ferias indicere solet in Pa-

latio, Reuerendissim. pro tempore Vicecancel-
larius, vel is, qui vices eius gerit.

ANNOTATIONES.

Com.
opi.

Com.
opi.

a **6** **S**ed iure.) Perpetuam * iure Pontificio causse insti-
tutam esse, nec illam temporariam veluti leges ciuiles
dictant, communis est opinio, vt testes sunt Abb. in ca.
venerabilis, de iudic. Andr. Barb. in cap. de causis, de offi.
deleg. vbi etiam Felin. in prin. Qua de re per Rotam disci-
411. in no. & Cassad. decis. 5. numero 4. vt. lit. pend. Et qua-
nam ratio sit, à Phil. Fran. docemur in c. super eo. de appell.
Quod quidem locum sibi vendicat nedum in foro ecclesiasti-
co. sed vbiq; locorum ecclesie tamen subditorum, & tam
in ciuilibus, quam criminalibus causis, vt Corneo plura
confi. 210. in fin. lib. 4. atq; Felin. in d. cap. venerabilis
prin. Nico. Anto. Grauatius.

b **7** **8** Duomodo.) Communiter à Doctoribus concluditur
in capi. ex ratione de appell. & in auth. ei qui offeratur, c.
de temp. appell. nō aliter * appellanti ad prosequendum ap-
pellationem biennium concedi debere, nisi in primo anno
ligentiam à se adhibitam fuisse probauerit. Et cum iudex
culpa fuerit, quin causa finiatur, protestari tunc necesse est,
alias negligentia * in iudice nequaquam presumetur, vt
ab Alex. proditum est, consil. 64. lib. 1. & consil. 64. lib. 2.
atque Afflict. dec. 50. Capic. decis. 11. col. fin. tum etiam Fe-
lin. in c. pitu. licet causam, de probat. Nec semel tantum
protestari sufficit, nisi cum nil in causa aliud remaneat, quod
pronunci. tum dicere, vt per Parid. in synd. in verb. insti-
tia, ver. dicit constitutio, in fin. Verum teste Gomes. in reg. de
anna. poss. quest. 76. Reta, que veritati potius, quam ap-
bus iuris innotuit, determinauit, sufficere loco protestationis
impedimentum probare, consulas ergo eum pulchre loquen-
tem. Nic. Ant. Grauatius.

c **Quibus.)** Non ab re est, si in foro ecclesiastico diuina
* caus.

† causſæ (vt auctor ait) differantur, & ſi ea de re Iaſ. con-
queratur in l. quoties. num. 4. C. de iudi poſt Pau. Caſtren. in
l. ordinarij, C. de rei vend.

Et hoc quia.) Addas Alex. & Iaſ. in l. 1. num. 16. ff. ſi
quis cauſ Felin in c. ſignificauerunt, colum. 1 de teſt Dec. in
l. quoties nihil. ff. de reg. iur. Iaſ. in l. ad hæc, num. 3. C. de iu-
di & Roman. conſi 501. vt declarationem, colum. 2. Quibus
& illud affine eſt, quod † in dubio iudex appellationi defer-
re debet Archid. in cap. cordi & cap. ſi à iudice de appell. in
6 Spe. eod. tit. § nunc dicamus, verſi. 1. & Iaſ. vbi ſupra, &
Dec. conſ. 28 & 34. & iterum conſ. 49. & in cap. vt debitus
num. 23 de appel Cum temperamento hoc tamen intelligas,
veluti idem Dec. in d. c. vt debitus, declarat, niſi eſſemus in
materia, in qua regulariter appellatio non admittatur, nam
tunc in dubio regulæ inherendum erit. Et non iniuria qui-
dem in re ambigua appellationi deferendum eſt. Cum † illa
dicatur tyriaca contra iniuſtæ ſententiæ venenum, teſte Cur-
tiō, conſ. 16. num. 8 atque Purpur. in l. 1. numer. 87. C. de pact.
Eſt quæ deſenſio, quæ aduerſus iudicis iniuriam oppreſſis da-
tur, l. 1. ff. de appell. cap. ad Romanam, 2. q. 6. Itidem † dicen-
dum erit, vt in dubio iudex articulos circa probationem ad-
mittere debeat, ſic Hoſt & Imola docent in ca. per tuas, de
teſt. & Paul. Caſt. qui in facti ſpecie ita reſpondiſſe teſtatur
in l. 1. ff. ſi quis cauſ. Simile erit in interrogatorijs ea, vt in
dubio recipiantur, ſecundum Imol. & Abb. in citato cap. per
tuas, atque etiam in poſitionibus, prout in articulis, idem
Iaſ. & Curt. eſſe cenſuerunt, ille in diſt. authent. ad hæc, hic
autem in tract. poſitionum in nono breuiloquio. Nicolaus
Antonius Grauatius.

De Cauſſarum deuolutione ex Prouincijs ad
Roma. Curiam.

C A P. VI.

S V M M A R I V M.

1 Actor quando forum rei non ſequatur.

K 5

2 Ro-